

LECTIO VI.

**C**ertæ itaque Metropoli incardinatus Bonifacius & totius Germaniæ legatione p̄petua à prima Sede honoratus, nihilominus in Apostolicæ Prædicationis munere indefessus perrexit, & ut felicius in eo proficeret, ex Anglia Doctorum, Sanctorumque Virorum feracitatem temporis Insulâ, Lullonem, Wilibaldum, Burchardum & Wigbertum aliosque quamplurimos ad se evocavit, quorum operâ sylvescentem Germaniæ populum citius excoleret. In Hassia Frideslarix Alboinum, in Thuringia Adelarium Erphordix primos dedit Episcopos. Illis autem Episcopatibus jussu Zachariæ extinctis in Franconiæ oppido Herbipolensi Episcopalem Cathedralam erexit; huic S. Burchardum præfecit, eique munificentiam charitatis præditus, Episcopii Moguntinensis partem, Zachariæ Papæ complacitam pro Herbipolensi Episcopo cessit, ut futurus ibi Episcopus sicut laboris confors existeret Dominici, ita & temporalis particeps fie-